Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Audiens sapiens sapientior erit
et intelligens gubernacula possidebit. Animadvertet parabolam et in
pretationem verba sapientium et enig
mata eorum. Timor domini principium sapien
tie. Sapientiam atque doctrinam stulti de
spicunt. Audi fili mi disciplinam pa
tris tui et ne dimittas legem matris tue
ut addat gratiam capiti tuo et torques col
lo tuo. ℟. Emitte domine sapientiam
de sede magnitudinis tue ut mecum sit et
mecum laboret ut sciam quid acceptum sit
coram te omni tempore. ℣. Dam domine
sedium tuarum assistricem sapientiam. Vt sciam.
Fili mi si te lactauerint peccatores
ne acquiescas eis. Si dixerint ueni no
biscum insidiemur sanguini abscondamus
tenduculas contra insontem frustra de
glutiamus eum sicut infernus uiuentem et
integrum quasi descendentem in lacum.
omnem preciosam substantiam reperiemus
implebimus domos nostras spoliis. sortem
mittite nobiscum marsupium unum sit
omnium nostrum. fili mi ne ambules cum
eis. ℟. Dam domine sedium tuarum
assistricem sapientiam et noli me repro
bare a pueris tuis quoniam seruus tuus
sum ego et filius ancille tue. ℣. Domine
pater et dominus uite mee ne derelinquas me in
cogitatu maligno. Quoniam. Proui
be pedem tuum a semitis eorum. Pedes
enim illorum ad malum currunt et festi
nant ut effundant sanguinem. Frus
tra enim iaciuntur rete ante oculos pen
natorum. ipsi quoque contra sanguinem suum
insidiantur et moliuntur fraudes contra
animas suas. Sic semite omnis iniqui
animas possidentium rapiunt. ℟. Do
mine pater et deus uite mee ne derelinquas
me in cogitatu maligno extollentem oculos
meos ne dederis mihi et desiderium ma
lignum auerte a me domine auferam
concupiscentiam et animo irreuerenti et in
firmito ne tradas me domine. ℣. Dam domine
sedium tuarum assistricem sapientiam. Et animo.
Sapientia foris predicat in plateis dat
uocem suam in capite turbarum clamit
at in foribus portarum urbis profert uer
ba sua dicens. Usque quo paruuli diligitis
infantiam et stulti ea que sunt noxia
cupient et imprudentes odibunt scien
tiam. Conuertimini ad correptionem meam.
Ecce proferam uobis spiritum meum et ostendam
uerba mea. ℟. Circumeundo
la et influctibus maris ambulauit in om
ni gente et in omni populo primatum
tenuit superborum et sublimium colla
propria uirtute calcauit. ℣. Ego in altis
simis habito et thronus meus in colump
na nubis. Superque. Quia uocauit
et renuistis extendi manum meam
et non fuit qui aspiceret despexistis
omne consilium meum et increpationes
meas neglexistis. ego quoque
in interitu uestro ridebo et subsan
nabo cum uobis quod timebatis adue